



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Circa celebrationem Sacrificii Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)



# EXERCITIUM TERTIUM.

## DE SACRIFICIO MISSAE.

EXercitium hoc in tres secebitur partes. In primâ de eo, quod ante Missam. In secundâ de eo, quod in Missa. In terciâ de eo, quod post Missam peragendum est, tractabitur.

### *Dispositio & Preparatio remota ante Missam.*



Inquam certissimum primò proponendum est, meliori utique haud esse quempiam vii praxi sanctum celebrandi Missæ Sacrificium, quàm quod omni cum deuotione, curâ, & diligentia attendat ad dicenda & peragenda quæ in eodem ritu & officio Missæ præscripta sunt, nimirum, proferendo verba, penetrando sensum, ac pios ex eodem eliciendo affectos. Hic est Bernardus usurpauit & consuluit hisce verbis: *Frangamur mei, immolantes hostiam laudis, iungamus verbum caribus, sensum sensui, affectum affectui.* Præterea mouet

*Apud Dur.  
lib. 4. c. 1.*



cordis & vocis coniungendus est actus corporis, eâ ma-  
 nitate ac deuotione, quam eadem ceremoniæ & ru-  
 bricæ Missæ postulant. Nihilominus ad primam hanc  
 partem, seu exercitium, quod supponitur vt principale &  
 essentiale, seu basis & fundamentum, necessaria sunt, &  
 conducunt nonnulla alia, ad hoc, vt illud primum maiori  
 cum deuotione peragatur. Et quamuis sacrosancto  
 mysterio Missæ, vt etiam benè aduertit S. Bonaventura, *S. Bona. in  
 nobil. adendum, nec minuendum sit*, hoc tamen, vt idem *expof. Missæ*  
 innot, intelligendum est vocaliter: nam eodem tempo-  
 re Missæ mentaliter, idque magnâ cum laude & fructu,  
 exerceri possunt varii actus interni, voluntatisque affe-  
 ctus, iuxta varietatem mysteriorum & Sacramentorum,  
 quæ in ea pertractantur. Supposito hoc principio,  
 tanquam certissimo: è re erit exercitium aliquod men-  
 tale, vt, nempe, ante Missam nonnullas nobis efformem-  
 mus considerationes.

## CONSIDERATIO I.

PRiUSquam des initium venerando Mysterio Missæ, *Considera-*  
 attende & profundè considera, quòd vocaris? vt agas *tio Finit.*  
 cum Deo, cum sanctissima Trinitate: in nomine Christi,  
 sanctissimæ eiusdem Matris, totius Ecclesiæ Trium-  
 phantis, simul & Militantis: de negotio quodam gra-  
 uissimo & summi momenti: de gloria Dei: de salute  
 Mundi: & nonnisi sub titulo Legati Christi D.N. Undè  
 dicere poteris cum Apostolo: *Pro Christo legatione fun-* *Ephes. 6.*  
*gor in catena*; nimirum, Crucis instructus armis.

## CONSIDERATIO II.

ALtatis locum, in quo celebrandum est, compones,  
 imaginando tibi, altare esse montem Caluarie, in  
 medio illius plantatam Crucem cum Christo crucifixo.  
 & pedi Crucis astantem Beatissimam Matrem eius Vir-  
 ginem Mariam. Ulterius repræsentabis tibi cælum seu  
 Paradisum apertum, nec non Sanctum, aut Sanctam il-  
 lam, de qua isto die celebratur Missa, speciali gloria &  
 splendore coruscantem. In gradibus supra altare situm  
 Pars Quarta



erit Purgatorium. In coram Evangelii stabit Summus Pontifex cum toto Statu Ecclesiastico, & in coram Epistolæ Imperator cum toto Statu sæculari. Reus sacerdotem prope pedem altaris statunt omnes peccato mortali obnoxii, Gentiles, Hæretici, mali Christiani. Sub altari constituetur Infernus pateas, cunctos peccatores, quotquot Sacrificii nõ sunt facti participes, absumpturus. Et in profundiori Inferni loco cõtemplabitur ipsum, ob peccata tua illuc condemnatum. Adhuc suspiciet sacratissima quinque vulnera Crucifixi in medio altaris positi, veluti quinque fontes ad irrigandam fecundandamq; preciosissimo suo Sanguine vtramq; Ecclesiam mortalium simul & vuentium. E sinistro pede spectabis fluidũ quendam Sanguinis promanantem, salutem peccatorum: è dextero alterum, in salutem gloriam animarum purgatorii: è manu dextera alium, in salutem Summi Pontificis & Ecclesiasticorum: è manibus sinistra alium, in salutem Imperatoris, aliorumq; Dominorum temporalium. Ac deniq; Sanguine è latere Christi profluentem in cœlum vsque suspiciet salientem, in gloriam sancti ss. Trinitatis, Humanitatis eiusdem Christi, Sancti ss. Mariæ Virginis Mariæ, cunctorumque Sanctorum & Angelorum cœlestium. Undequaque Sacramentum hoc virtutem suam diffundere conspicies: in cœlum ad ima Inferni nõ descendit vlla vis Sacramentum in salutem istarum infelicium & miserarum animarum. Cum hoc igitur ordine rogabis in duobus illis *Membris* Missæ, pro peccatoribus, pro iustis, pro animabus Purgatorii, pro Gloria Dei & Sanctorum, dicendo: *Gloriam, Domine, Sanctitatem, & Gloriam humillimè cõtingit: Gratiam peto concedi constitutis in peccato mortali: Sanctitatem Statui Ecclesiastico & sæculari: Gloriam essentialem animabus Purgatorii (& hoc fiet in Membris pro mortuis) & accidentalem toti cœlesti Curia.*

### CONSIDERATIO III.

*Consideratio Circũstant.* Considerabis in super ante Missam hæc quinque *membris* Quæta. Quis offerat, Cui, Quid, In quæ finem, ac Quomodo offeratur sacrosanctum Missæ Sacrificium, Quis offerat: Principalis offerens est Christus, & non solus



solam ratione rei oblatæ sacrificium Missæ est infiniti  
 valoris, sed semper est acceptissimum Patri æterno: Offe-  
 rendens secundarius & instrumentalis est Sacerdos, qui non  
 in propria persona, sed in persona Christi offert, in quan-  
 tum representat Christum, seu tanquam Vice Christus.  
 Unde in Consecratione non dicit: *Hoc est Corpus Christi;*  
 sed: *Hoc est Corpus meum.* Et sicuti, quod me concernit,  
 responsum moris habui; ita, in quantum represento, (spet- 2. Cor. 13.  
 tare debeo, vt dignetur Pater hoc holocaustum in odorem  
 suavitatis accipere.

Cui offeratur? Deo, recognoscendo eum vt rerum o-  
 mium primum principium & vltimum finem. Unde  
 non offertur ipsis Sanctis; sed propter Sanctos: Deo, vi-  
 delicet, in gratiarum actionem, propter gratias Sanctis  
 concessas.

Quid offeratur? Totus Christus, Corpus, Sanguis, A-  
 nima, Persona, Diuinitas, Virtus, Merita Christi.

In quem finem? Triplex illius finis est, iuxta S. Bona-  
 venturam: Deus, Christus, Proximus; Ad gloriam Dei,  
 in memoriam Passionis Christi, vtilitatem Proximi.

Quomodo offeratur? Sub forma panis & vini, vt hoc  
 idem, quod offertur tanquam Sacrificium ad gloriam  
 Dei, sit Sacramentum in vtilitatem hominis.

CONSIDERATIO IV.

Totus de propriis diffidens viribus pro huius rei ex-  
 ecutione, omni cum fiducia recurre ad sanctissimam *Inuocatio*  
 Virginem Deiparam, planè confidens in potētissimo au- *B. Virg.*  
 xilio ac patrocinio huius virginis, tanquam Matris Chri- *Maria.*  
 sti, veri, vt potēt, Sacrificii & Hostiæ Altissimi. Quapro-  
 pter pluribus in locis Canonis Missæ mentio fit sanctiss.  
 Matris Dei: in *Communicantes*, in *Suscipe sancta Trini-*  
*tas*, in *Libera nos &c.* & antiquitus celebrabatur etiam  
 memoria eius in *Gloria in excelsis Deo*, in istis versibus:

*Tu solus Sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus Altissimus,* *In Missali*  
*Iesu Christo, & dicebatur: Tu solus Sanctus Mariam san-* *Romano*  
*Bisicans; Tu solus Dominus Mariam gubernans: Tu solus* *Anni 1515.*  
*Altissimus Mariam coronans.* Deindè in festo sanctiss. &  
 immaculatæ Conceptionis eius iidem versus variaba-  
 tur hoc modo: *Tu solus Sanctus Mariam preseruasti: Tu so-*  
*lus Dominus Mariam fabricasti: Tu solus Altissimus Ma-*  
*riam sublimasti.*

k 2

Roga-



Rogabis igitur præcellam hanc Dominam & Reginam, ut suscipiat te in seruum tuum, & in perpetuum mancipium suum, & dignum te faciat ministrum altaris Filii sui.

CONSIDERATIO V.  
& ULTIMA.

**L**egatus, priusquam legationis suæ exordiat, negotia, sistere sese debet suo Principi, ut ab eodem plenam commissionis suæ instructionem recipiat, & voluntatem intelligat; Sacerdos pariter, antequam Missam inchoet, corde & animo in Paradisum cœlestem sese transferat, oportet, ut benedictionem, & ultimam instructionem expediendorum recipiat à sanctissimâ Trinitate, ab Humanitate Christi, & sanctissimâ Matre. Mente igitur in cœlum subleuatus humiliter procides in genua, teque prosternes ante thronum sanctissimæ Trinitatis, sanctam postulando benedictionem, & dicendo: *Iube Domine benedicere.* Respondet Pater æternus: *Benedicaris in virtute potentia mea.* Respondet Filius: *Benedicaris in lumine Sapientia mea.* Respondet Spiritus Sanctus: *Benedicaris in gaudio Bonitatis mea.* Eandem postulabis benedictionem ab Humanitate Christi, & respondebit: *Benedicaris in efficacia Sanguinis uerorum meorum.* Eandem benedictionem petes à Beatissima Virgine, & simile tibi dabit responsum: *Benedicaris in abundantia uberum meorum.* Hisce robotatus & confusus benedictionibus descendes in terram, non tuus men solus, sed Angelorum stipatus comitatu, qui locustissimè te comitabuntur ministraturi tibi in sacrosancto Sacrificio. Hæc de præparatione remota: sequitur nunc proxima consistens in lotionem manuum, sacrasque vestium indumento, & processu ad altare.

Præparatio proxima  
ante Missam.

**I**n prima actione, considerans verba illa, quæ Sacerdos dicit lauando manus (*omnem maculam*) te totum expurgare debes ab omni specie maculae, & corporis & animæ: adde, ut nihil planè in te reperiat, quod suppetat